

sam reliquerant normam, ut etsi omni socordia abiecta et pigritia totum se quis nocte dieque occupet, longaevitatis in studiis ad ea relegenda, quae ipsi quidem, quia legerant, tetigerant, pertingere nequeat, sed et in his, quae ut videre est oculis perspexerant, omni conatu mentis et corporis non dico eis se aequiperare, sed et ipsos apprehendere nullo quidem pacto sufficiat. Ideoque quia in studia nos divina et scolastica aequae illis impendere pigritamur, si eorum in hoc opere eloquenti minus quam volumus extricare valebimus, non eorum vacillanti facundiae sed nostrae imputemus tarditatis inertiae.

C a u s a a u t e m c a r m i n i s h u i u s s c r i b e n d i
h e c q u i d e m e r a t.

Gozpertus abbas noster Walfrido Augiae abbati vitam s. Galli a Scotis semilatinis corruptius scriptam ut facundia sua, qua ipse prae aliis tunc temporis diffamatus est, luculentioris leporis stilo describeret iniunxit. Egerat autem hoc primo propter auctoritatem hominis, dehinc ne, si sui quidem, quos habebat facundissimos, magnatem suum elatius scribendo extollerent, adulatorie eum laudasse putarentur, et linguis sic detrahentium cum sancto Ieronimo roderentur. Descripta est igitur tandem per abbatem opinatissimum vita, quam cum in processu temporis eruditissimi illi primo propter reverentiam tam arduae dictationis laudatam accuratius relegerent secumque habitando colloquiis vacarent, Tuotilo inter eos plane iuvenis acutissi-

2 oder ist zu interpungieren 'occupet l. i. st.', ?

3 'quia legerant' durch ihre fleissige Lektüre, im Gegensatz zu dem folgenden 'quae oculis perspexerant'.

4 videre est: Cas. s. G. S. 161.

9 opere] opore S, eloquenti ist nicht ganz deutlich.

10 vacillanti vgl. Cas. s. G. Kap. 80 S. 284.

14 Die Bruchstücke dieser Vorrede bei Krusch, SS. rer. Merov. IV, 251. Walahfrids Bearbeitung SS. rer. Merov. IV, 280; nach dieser Ausgabe zitiere ich.

21 Dass Hieronymus vielen Anfeindungen ausgesetzt war, denen er sich schliesslich durch die Auswanderung entzog, ist ja bekannt, vgl. u. a. Ep. 45 ad Asellam; ob hier noch eine besondere Beziehung vorliegt, weiss ich nicht.

26 Cas. s. G. S. 162 quae autem Tuotilo dictaverat . . . ut apparet in 'Hodie cantandus' . . . a. a. O. S. 164